

OTTO TRUCHSESS A WALDBURG
(1542)

10
IV

tanto quanto tra via avrai lo sappiamo con altri e non
effors lo quale ne potra far esperienza v. Borges

Montevi poi una tra a v. & me si copia la qual ha
Scritto uno sonetto della Regina Isabella Vizcaya & Virgin
via nella quale v. & me si vedra tutto il resto se
molte altre cose degne di esser note

In questo modo io mi raccomando a pochi
Ufficii per chi lo sappio se dovranno recarsi
di me suo signorissimo Signore et me resu-
gatissimo grande o nel contrario caso in ogni simil de
s. S. Et tenendo qualch'auso de
Ufficio mio, me disinterrare

No me rientra in la forma solita et grata de
v. & me. Et Ufficio se alla quale, per la mano
di carona al 21 de ottobre 1542
D. v. & me C. f. f. f.

humile Servitor

Q. Ch/ro Barone

Fragmentum epistulae autographae Ottonis Truchsess
ad card. Alexandrum Farnese datae, Cracoviae 21 X 1542 (cfr. N. 5)

(Parma, AS, Carte Farnesiane, Esterio, Polonia 119 f. 10v)

N. 1

**Paulus III, pontifex maximus
Sigismundo I, regi Poloniae**

Romae, 29 VII 1542.

Notum facit se concilium generale ad diem 1 XI 1542 in civitate Tridentina indixisse, mittereque Ottонem Truchsess, ut illud ei et primati Poloniae (Petro Gamrat) intimet.

Min.: AV, Arm. 41, ms. 24 f. 515v-516r (breve in membrana iam pro expeditione confectum, deinde correctum).

Paulus papa III

Char.me in Christo fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Etiamsi arbitramur iam innotuisse Maiestati tuae, quemadmodum nos oecumenicum, universale et generale concilium, toties frustra prorogatum, omnino decrevimus celebrare, diemque ad Calendas Novembbris proxime futuri, locum vero civitatem Tridenti, non solum Germanicae Nationi, ipsum Concilium desideranti, verum etiam isti inclyto tuo Regno viciniorem et commodum, elegerimus, bulla generali desuper publicata¹, tamen id ipsum tuae Serenitati, cuius litteras ad id nos pie hortantes recepisse recordamur², ^(a)per dilectum filium Othonem Truchsese, Baronem in Wallpurg, Nuntium nostrum, praesentium exhibitorem, nobis virtute et nobilitate sua charum et probatum^(a), particulariter significandum, ac Ven.li Fratri Archiepiscopo Gneznensi, tui Regni Primati³, scribendum duximus, ut tuae primum Maiestati consignaret, deindeque inter suos suffraganeos, caeterosque tuorum Regni et Dominiorum Praelatos exempla ipsius bullae distribuenda curaret, quo pleniore rei notitia habita, omnes ad dictum Concilium convenire debentes se ad id quantocius accingerent ac praepararent⁴.

¹ Bulla haec, publicata die 22 V 1542, edita est ab Ehses CT IV, p. 226-231. Eius copia, in cancellaria regis Sigismundi I olim conservata, invenitur Varsiae, AGAD, Theca Górska 24 f. 47r-50v (n. 2787).

² Per oratorem regis, epum Ioannem Wilamowski, mense Aprili a. 1540 porrectas, cfr. Ehses CT IV, p. 186.

³ Petrus Gamrat, qui anno praecedenti univit dioecesi Cracoviensi, quam obtinebat ab a. 1538, etiam sedem metropolitanam et primatiam Gnesensem.

⁴ Vide infra, N. 2.

Quamobrem hortamur ac requirimus tuam Serenitatem in Domino, ut pro tua excellenti in Christianam Rempublicam pietate, si personaliter propter aetatem venire non poteris, saltem tuum illuc oratorem mittere et ut omnes Praelati tuorum Regni et Dominiorum illuc in tempore convenient, prout debent et nos eis praecipimus, tua autoritate efficere velis, sicut confidimus tuam Serenitatem esse facturam. Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die XXVIII Iulii M.D.XXXXII, Pontificatus nostri anno octavo.

(b-Blo[sius], el[ectus] Fulgin[atensis]-b)

a-a) *Adscriptum in margine.*

b-b) *Manu Blosii.*

N. 2.

**Paulus III, pontifex maximus
Petro Gamrat, aepo Gnesnensi**

Romae, 29 VII 1542.

Fere iisdem verbis ac regi Sigismundo notificat ei concilii convocationem per Ottонem Truchsess in Polonia intimatum iri (cfr. N. 1) et mandat, ut exempla bullae inductionis, prius regi, deinde sibi porrecta, postea inter episcopos, abbates et alios praelatos exemptos distribuat, necnon universitati studiorum (Cracoviensi) praesentet. Fidem vero huius nostrae significationis, per te illis factae, ad nos postea destinare curabis (v. *infra*, N. 7).

Min.: AV, Arm. 41, ms. 24 f. 517v-518r (breve in membrana iam pro expeditione confectum, deinde correctum).

N. 3.

**Ottonis Truchsess
ad Sigismundum I, Poloniae regem, oratio**

Cracoviae, 15 X 1542.

In memoriam revocatis iis, quae summus pontifex fecit, ut concilium universale tandem convocaretur, intimat illud et petit, ut rex ipse et praelati eius regni Tridentum pro Calendis Novembribus proficiscantur.

- Cop.coaevae:** Warszawa, BN, BOZ, Theca Górska 24 f. 59r-v (n. 2790, duplicitum?).
 - **Cop.coaevae:** Kraków, BJ, ms. 6561 p. 395-398 (Stanisław Górski);
 Warszawa, AGAD, Sucha 22/32 p. 23-26.
Cop. 2 parte XVI saec.: AV, Misc. Arm. II 59 f. 135r-136v.
 - **Ed.:** Ehses CT IV, p. 259-261.

Oratio Ottonis Truchsess,
 Nuncii Papae Pauli III ad Sigismundum Primum, Poloniae Regem,
 habita Cracoviae [XV]⁵ Octobris 1542

Ss.mus Dominus Noster Paulus, Divina Providentia Papa III, ablegavit me ad Tuam Maiestatem, Ser.me atque invictissime rex, ut ei serenissimique filio salutem atque Apostolicam benedictionem nomine Suae Sanctitatis dicerem et Tuae Maiestati has litteras traderem⁶. Quod nunc ea qua debo reverentia facio et V.ris Maiestatibus omnem eam prosperitatem atque incolumentem, quam Sua Sanctitas propensa in vos praestantique voluntate vobis precatur, ex animo opto. Deinde rogo, Ser.me rex, ut lectis quas reddidi litteris, mandata quae habeo exponendi facultatem mihi concedas.

Cum Ss.mus Dominus Noster commissam sibi a Deo Christianam rempublicam videret innumeris et perniciosis dissensionum, perturbationum atque schismatum vulneribus sauciam, pro paterna sollicitudine et pastorali officio omnem curam et cogitationem, in ingressu statim Pontificatus, in id adhibuit, ut omnes contentiones, controversias atque discordias, quae cum evidenti periculo et miseranda nostrae reipublicae iactura nimium excreverunt, Dei Optimi Maximi auxilio funditus tolleret ac Christiano gregi, cuius ipse in terris rector est atque pastor, integritatem tandem restitueret.

Ad quod faciendum cum sacro generali^{a)} concilio nullum opportunius medium inveniret, statuit illud, quamprimum in illustri Pontificatus fastigio positus fuit, omnibus aliis rebus posthabitatis, congregare; et ob eam causam saepius illud per omnia Christiani orbis regna publicari atque intimari fecit, quemadmodum Tuae Maiestati constare non dubito⁷, sed non sine gravissima pii animi sui anxietate a sanctissimo suo proposito iniqua rerum et temporum iniuria in hunc usque diem fuit impeditus. Nam dum pacem inter principes veluti potissimum fundamentum concilii quiete ac libere celebrandi plurimis et indefessis animi et corporis laboribus, senili suae aetati minime convenientibus, constituere accuratissime niteretur, illam praeter omnem opinionem non solum obtinere non potuit, sed novas potius atque exitia-

⁵ In omnibus copiis Polonicis datatio est "XIX", tantum copia Vaticana, edita ab Ehsess, habet "XV", quod consonat cum assertione ipsius Ottonis (v. N. 4; re vera dies Dominica a. 1542 cadit in 15 Februarii).

⁶ Vide N. 1.

⁷ Vide integrum nuntiaturam Pamphili de Strassoldo.

les discordias oriri et, quod omnium maxime abominandum, occulta et impia consilia machinari vidi, quae et concilium (quaemadmodum hactenus) retardare et totam Christianam rempublicam, non sine gravissima omnium culpa, subvertere possent.

[59v] Quamobrem, cum ad eum, qui Christi vicarium in terris gerit, omnis Christianae reipublicae cura atque sanatio maxime spectet, noluit unicum hoc atque opportunissimum generalis concilii remedium, quo in huiusmodi malis maiores nostri, praedecessores sui, viri sanctissimi usi sunt, diutius quam opus est differre, sed illud propter extremam necessitatem, pace etiam non obtenta, sine longiori mora celebrare, ea scilicet spe atque fiducia, Deum Optimum Maximum in suo nomine congregatis adfuturum et, quod hactenus humanis consiliis confici nequivit, divina sua virtute atque misericordia effecturum.

Quapropter sacrosanctum generale concilium in civitate Tridentina ad Calendas Novembbris proxime futuras celebrandum in Urbe publice et solemniter indixit^{b)}, annuntiavit et convocavit, statuit atque decrevit⁸, eaque de causa me in Germaniam (quae omnium provinciarum maxime languet) ad conventum Norenbergensem misit, ut Invictissimo atque Ser.mo Romaniorum regi⁹, Rev.mis et Ill.mis electoribus principibus, tam ecclesiasticis quam saecularibus, caeterisque omnibus Sacri Romani Imperii ordinibus et statibus locum tempusque concilii significarem. Qui, mente Ss.mi Domini Nostri cognita, unanimi laudabilique consensu se ipsos, omnibus aliis negotiis pospositis, venturos aut, si iusto aliquo impedimento praepedirentur, legitimos saltem oratores suos missuros receperunt¹⁰.

Quam inductionem etsi Sua Sanctitas ad regiam Tuam Maiestatem certo perferri non dubitaret, pro singulari tamen suo et perpetuo erga te imperiumque tuum amore, particulariter per me tibi significari voluit, per viscera misericordiae Dei et D.ni Nostri Iesu Christi rogans et obsecrans, ne Dei causam, qui a Deo rex potens et prudentissimus es constitutus, deseras, sed ipsem ad concilii celebrationem venias. Perspectissimum enim habet Sanctitas Sua, regiam tuam praesentiam pro sua mirifica rerum omnium cognitione atque sapientia huic divino et pernecessario operi non modo plurimum ornamenti atque auctoritatis, sed et maximam utilitatem allaturam. Sin autem legitima aliqua causa impediari, graves saltem virtute prudentiaque probatos viros, tuos oratores, qui communi omnium utilitati salutique et aeternae et temporali in Christo Iesu D.no Nostro consulere possint, cum auctoritate et sufficienti mandato, quamprimum fieri potest, Tridentum mittas; et id cures, ut archiepiscopi, episcopi, abbates et praelati ex tuo regno et provinciis, sublata omni excusatione et mora, ad sacrosanctum conci-

⁸ Vide supra, annotationem 1.

⁹ Ferdinando.

¹⁰ De intimatione concilii a Truchsess in conventu Norimbergensi, die 13 VIII 1542 facta, v. Ehses CT IV, p. 236-237 et Jedin GKT I, p. 368-370.

lium proficiscantur, quaemadmodum Tua Maiestas ex bulla Suae Sanctitatis, quam tibi legendam trado, copiosius intelliget.

Sed etsi Calendae Novembbris iam iam appetentes facultatem tibi tuisque ad diem indictum comparendi excludant, nihilominus Tua Maiestas (si consultum reipublicae Christianae velit) quovis alio, tanto itineri commodiore tempore, remota tamen nimia mora, officium suum hac in parte et Deo et Ecclesiae praestet. Quod Suae Sanctitati, habita temporis et longi locorum intervalli ratione, aequa gratum fore non diffidet, ac si Tua Maiestas vel sui ad ipsas Calendas Novembbris venissent.

^(c)Rogo itaque Tuam Maiestatem^(c), ut Ss.mo Domino Nostro in iis, quae vere paterne et amanter petit, satisfaciat, et in hac re ita se gerat, quemadmodum summi huius negotii magnitudo postulat. Quod cum Tuam Maiestatem proprio suo erga Christianam rempublicam amore et perpetua erga Sedem Apostolicam observancia fideliter facturam non dubitem, pluribus non agam, sed, quod reliquum est, Deum Optimum Maximum praecabor, ut Tuam filiique tui Ser.mi Regiam dignitatem, amplitudinem atque splendorem, et optimae ac populosissimae tuae Nationis tranquillitatem et vigorem tueri atque augere velit.

a) *Adscriptum supra pro expuncto:* reginali
b) *Adscriptum supra pro expuncto:* indit

c-c) *Misc.Arm. II 59 habet:* Quia de causa
Tuam Maiestatem rogo

N. 4.

Otto Truchsess
card. Alejandro Farnese

Cracoviae, 17 X 1542.

Notum facit se appulisse Cracoviam 12 X ibique liberali hospitio exceptum esse; dieque sequenti venisse ad se aepum Gnesensem (Gamrat), palatino Cracoviensi (Kmita) et epo Plocensi (Maciejowski) comitantibus, petiisseque, ut in Polonia subsisteret usque ad synodi provincialis conclusionem, Petricoviam pro 17 X convocatae, quae de rebus maxime religionem et Sedem Apostolicam concernentibus decernere debeat; se tamen excusatione usum esse, quod sibi Romam quam primum redeundum sit, ut de intimatione concilii, a se in Polonia et Germania facta, summo pontifici referat. Describit audientiam apud regem die 15 II habitam, in qua concilium intimavit et responsum habuit valde gratum. Suadet, ut scribantur brevia exhortatoria ad principales regni praelatos et proceres, quorum merita refert. Notificat praesentiam Cracoviae oratorum Turci, Valachorum, Tartarorum et Moscovitarum.

Or.: olim Napoli, AS, Carte Farnesiane 753 (destructum).

- **Ed.**: Wierzbowski U II, p. 4-9.

- **Cop.**: Kraków, BPAN, ms. 8466 (Theca Romana 126) f. 383r-385r, 387r-390v
 (duabus manibus, quarum una est Adami Darowski; adsunt differentiae inter ipsum et Wierzbowski, cuius lectio videtur esse credibilior. Textus originalis, ut conici potest ex lacunis occurrentibus, tam in lectione Wierzbowski quam Darowski, debebat esse in aliquibus partibus valde corruptus).

Rev.mo et Ill.mo Monsignor, Signor et Patron mio osservantissimo.

La ultima [scrissi] de Vienna¹¹, dapo la quale sono andato in Polonia et ai 12 de questo sono arrivato in Cracovia, dove la Maestà del Re con grandissima accoglienza m'ha fatto recevere, con mandarmi contra sua Corte, et poi m'ha fatto [proveder] de logiamento commodissimo con ogni necessaria et abbondante provision et con gran magnificenza. Et tutto questo per la singular osservanza verso la Sede Apostolica. Et in questa parte ben posso affirmar che vincono tutt'il resto de Principi, perché oltra de quello ch'a me e tutta famiglia subministrano tutti bisogni largissimamente, hanno mirabil diligenza d'intratenir et soprasodisfar, cioè constituito uno soprastante Signor de questo Regno, fratello del Vescovo Plocense Vicecancelliero¹², qual ha sotto di lui scelti^{a)} speditori e parecchi altri officiali, quali tutti insieme cercano de vincer l'uno l'altro a far li servitii che me bisognano e mai se partino del mio logiamento. Oltra de questo, ogni giorno vengono li primi Signori gentilhuomini della Corte e restano a mangiar per tenir la compagnia. Et ogni volta ch'io ho d'andare fora, sempre sopravengono doi Signori deputati, uno ecclesiastico e uno secolare, quali in nome del Re me deducono et reducono. Et in effetto, maggior humanità e cortesia [383v] non se pot' imaginare. Delle quale, benché non dubito che li altri signori nuntii, quali sono stati qui, habbino scritto et referito ogni cosa, niente di meno m'ha parso che mancharia al debito mio s'ancora io non avisasse particolarmente V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria de tutte queste grandezze che in questo Regno [si fanno] alli servitori della Sede Apostolica. Non scri[.....], ma perché [sono] tante che troppo [poco sarebbe] la lettera a scriverle tutte, me reservo a referirle a bocca a V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria, la quale so, grand' contentezza pigliarà de queste grandezze.

Quel medesimo giorno che fu gionto, poco da poi che fu condutto al logiamento, mandò la Maestà del Re il Vescovo Plocense, Vicecancelliero del Regno, per visitarmi de parte de Sua Maestà et offerirme tutto quello che me bisognasse, con eshortarmi che reposasse et che non me lasasse rincrescer de spettar un poco l'audienza, per esser sopragiunto uno accidente de debolezza

¹¹Desideratur.

¹²Stanislaus Maciejowski († 1563), scriptor cancellariae regiae, frater Samuelis Maciejowski, vicecancellarii regni et epi Plocensis.

de stomacho a Sua Maestà, la qual subito che sarebbe migliorata, manderia per me. Io lo ringratiai, promettendo di referir tante accoglienze a Nostro Signore, quale, benché sempre havesse havuta ferma opinione della osservanza de Sua Maestà, pur gratisimo li sarebbe de veder la medesima constanza in Sua Maestà; ma [384r] quanto all'audienza, che me rincresce questo accidente per amor de Sua Maestà, alla [quale] me rimetto a ogni sua commodità; pur pregava, quanto più presto fosse possibil che Sua Maestà me spedissi, per haver io bisogno de tornar presto al servitio de Nostro Signore per far relatione de quello che in nome de Sua Santità ho fatto in queste bande.

Il giorno sequente^{a)} de mattina venne l'Arcivescovo Gnesnense¹³ et con lui il Vescovo Plocense et il Signor Pietro Kmitta, Palatino et Capitano Cracoviense¹⁴, in compagnia de tutti primi della Corte, et dapo longhe et debite ceremonie che s'usano qua, començò il Arcivescovo recevermi, [prima] volta da parte del Re, con offerte et scusa della [.....], et poi me disse qualmente ad 17 de questo mese se faria un general Sinodo et Dieta ecclesiastica in Petercovia, dove conveneriano tutti Vescovi, Abbati, Prelati, Capituli et il Clero del tutto il Regno di Polonia, al quale lui, come capo, fosse constretto d'andare¹⁵; per questo era venuto a tor bona licenza da me. Et mostrava grandemente rincrescerlo il suo partir, per non poter far le convenevole visite et opere verso di me come servitor della Sede Apostolica; pur persuadersi, con grandissima instanza, ch'io per conto nessuno me partessi avanti il fine del detto Sinodo, nello quale se trattaria cose importantissime alla Sede Apostolica et tutta la Christiana religione.

[384v] Sopra qual cosa io al principio lo ringratiai et, come prima, me remetti alla volontà de Sua Maestà, pregando però che quanto più presto fosse possibil me dessi audienza et poi spedizione; et quanto a questo Sinodo laudava lo suo andare et l'exhortava che in questo se deportasse come conviene a uno tanto Arcivescovo. Et poi lo feci intendere che haveva uno breve et commissione de Sua Santità, et perché lo vedessi nel procinto d'andarsene, che adesso senza perder tempo li faria intendere la volontà de Nostro Signore, acioché sapessi ordinar le sue cose necessarie. La qual cosa ascoltò con ogni debita reverenza et promessi de non voler mancar in cosa alcuna [.....], ma che in ogni modo me bisognava spettar il suo ritorno, qual serà dapo la conclusione del Sinodo et la Dieta, et come pensava in 20 giorni: prima perché lui volle proponer questa intimatione et con tutti li prelati concluder, poiché la Maestà del Re non me risolverà fin tanto che prima habbia inteso la conclusione sopra di questo delli suoi Ecclesiastici, et quando lui ritornerà che farà dar risposta conforme; et principal[385r]mente trattandosi adesso cose ecclesiastiche et molto pertenente alla Sede Apostolica, che molto vene

¹³ Petrus Gamrat.

¹⁴ Petrus Kmita (1477-1553), capitaneus Cracoviensis ab a. 1533 et palatinus ibidem ab a. 1536.

¹⁵ Haec synodus re vera celebrata est Petricoviae die 17 X 1542.

a proposito che in questo Regno sia una persona de Sua Santità¹⁶; pertanto dovesse metter l'animo in riposo, et per contentar la Maestà del Re et per satisfar alli Ecclesiastici, li quali per special gratia hanno havuto il esser a questo tempo venuto uno nuntio, con il quale liberamente possino consultar l'obedienza della Sede Apostolica et molte altre ragione.

Alle quale io respondeti [sic] che tanto era l'amore et l'affettione che la Santità de Nostro Signore porta particolarmente a questo Regno, et massime alli Ecclesiastici, che ogni volta che la presentia d'uno nuntio de Sua Santità potesse giovare qualche cosa, che senza dubio gratissima saria la tardanza del mio ritorno; ma s'altro non potesse far che spettar la risposta per tanto tempo, che instante adesso il concilio, [387r] forzato sono de ritornar in Roma per referir quello che et qui in Polonia et in Allamaigna in questa intimatione ho spedito; et mandando loro dietro la conclusione del loro venire al concilio, tanta [sic] grata saria a Nostro Signore, quanto se io la portasse; promettendo ancora se de niente m'informano che possi venir a loro utilità et honore, che de molto bona voglia l'farò intender a Nostro Signore, et che so che Sua Santità in ogni [.....] secolare et ecclesastico non mancherà.

Et li dissi ancora molte altre ragione, pregandolo che appresso la Maestà del Re me volessi impetrar presta speditione. Qual non solamente non me promesse, ma più caldamente me cominciò a persuader de novo che restasse, aggiungendo che se Nostro Signore sapessi la importanza de questo mio restare questi pochi giorni, me lo commandaria; et che ogni modo partendomi, non haverò risposta, né de Sua Maestà, né dellli Ecclesiastici. Per questo me pregava, per il ben publico de questo Regno, indugiar per poter [387v] partir risoluto. Similmente dicevano altri Signori, consiglieri de Sua Maestà, quali con lui in camera mia erano retirati, de maniera che in consideration della reputation della Sede Apostolica fu[i] forza[to] de consentir alla sua domanda, però con questo mezzo ch'il Signor Arcivescovo andasse al detto Sinodo et Dieta ecclesiastica et che per primo articolo proponesse la intimatione del concilio¹⁷, qual concluso che fosse, mandasse a avisar Sua Maestà, acioché quella, havuta la resolutione de suoi Ecclesiastici, più presto me potessi spedir. Et con questo accordo andò via il Arcivescovo.

Dopo io fu intratenuto fin la Domenica, che fù a dì 15 de questo. Nel qual giorno, dopo desnare [sic], me feci chiamare Sua Maestà et condurre de doi

¹⁶ In dicta synodo re vera agebatur de gravissimis rebus, reformationem Ecclesiae Polonae et certamen adversus Protestantismum concernentibus (v. Subera, p. 114-120).

¹⁷ Etsi ex decretis synodi non constat intimationem concilii in illa tractatam esse (v. Subera, ibidem), exstat tamen instructio regia Erasmo Kretkowski, oratori regio ad illam synodum, die 24 X 1542 data, in qua orator i.a. dicere in commissis habebat: "Hac quoque de re etsi scripsit Rev.mis Dominationibus V.ris Sacra Maiestas Regia, per me significari nihilominus illis voluit venisse Nuncium Apostolicum et concilium, quod ad Calendas Novembbris Tridenti habebitur, promulgasse, atque una postulare, ut si ipsa non possit Sacra Maiestas Regia, mittat aliquem suo loco ad concilium. De hoc itaque consultare vult Dominaciones V.ras Sacra Maiestas Regia, quem ex Regno ad concilium id mittendum esse censem" (Warszawa, AGAD, Sucha 22/32 p. 248-249)

Signori, uno ecclesiastico et uno secolare, del mio logiamento fin nel palazzo, dove il Re vecchio et ancora il giovane¹⁸, con tutto il Gran Consiglio et la Nobilità spettavano. Et gionto che fui, Sua Maestà me mostrò singular benevolentia, et facandomi per rispetto della Sede Apostolica gran reverenza, [diede una] gratissima audienza, nella quale, [388r] fatto le salutationi et dato lo breve de parte de Sua Santità, feci la mia proposta, in forma come con questa alligata V.ra Ill.ma et Rev.ma Signoria vederà¹⁹. Alla quale Sua Maestà me feci rispondere che gratissima cosa li era stato la salute [sic] et benedictione apostolica fattali de parte de Nostro Signore, la quale, per constantissima et vecchia sua osservantia verso la Sede Apostolica, il riceveva con ogni reverenza et devotione; et ch'il prega Dio ch'ogni prosperità et bene voglia duplicar a Sua Santità, conservandola longamente in ogni sanità et felicità. Similmente il Re giovane, aggiongendo de voler in questa osservanza imitare li vestigii de suo padre. Ma quanto alla intimatione del concilio adesso fatta, che le Sue Maestà voglino deliberar et darmi matura risposta.

Il giorno seguente hebbi audienza alla Regina, alla quale io disse la salute et benedictione apostolica da parte de Nostro Signore, et de più qualmente Sua Santità habbi gratissima informatione dell'i suoi [...] portamenti et special protettione et favori che'l usa verso la Santa Sede Apostolica et tutti li Ecclesiastici; per la qual cosa Sua Santità non dubita che Dio longa[388v]-mente la conservaria in ogni prosperità, offerendoli de parte de Sua Santità tutto quello che li fosse per conservation et augmentation de sua reginal dignità, honore et splendidezza. Sopra qual cosa me fece dar dignissima risposta con ogni reverenza. Et aggiungeva che non solamente per il passato, ma ancora per l'avvenire farà sempre quello che sarà honore et bene della Santa Chiesa; et similmente pregava Dio per la longa vita et ogni contentezza de Nostro Signore, congratulandosi che Sua Santità habbia nel animo questo santissimo proposito de remediar a tanti mali della fede nostra.

Questo scrivo a V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria, accioché la sappia quello ch'io ho fatto in queste bande. Et circa la cosa dell'annate²⁰, me sono informato dell'Arcivescovo inanzi che se partessi et del Vescovo Plocense et altri Prelati, delli quali ho inteso tanto che per adesso non è stato necessario de farne molto. Pur per opinione de tutti Ecclesiastici sarebbe stato grandemente necessario ch'io havesse portato più brevi gratulatorii, laudatorii, ringratiatorii, monitorii et simili per intratenimento de questo Regno: alla Regina, al Re giovane [389r] «et alli principali Signori ecclesiastici et secolari, cioè il Vescovo Vladislaviense, chiamato Lucas de Gorca, qual è il primo de tutto il Regno et è» ben meritato della Chiesa Romana. Poi è il Vescovo Plocense Vicer cancelliero, chiamato Samuel²¹, qual è una persona così ben qualificata ch'è

¹⁸Sigismundus Augustus.

¹⁹Vide infra, N. 3.

²⁰Cfr. supra, Rorario N. 22.

²¹Maciejowski.

degnissimo de grande consideratione, et tanto de più che lui è de special autorità appresso il Re, et è similmente ben meritato della Sede Apostolica. Poi tra li seculari è il primo il Signor Joan, Conte de Tharnow, Castellano Cracoviense, supremo et generale Regni Poloniae Capitaneo, seconda persona dapoi il Re, huomo de grande conto et esperienza de guerra, de primo et grandissimo credito nel Regno; qual fin adesso sempre è stato catholicissimo et in tutte le Diete ha favorito li Ecclesiastici²². Similmente è il Sig. Severino Boner de Balicse, Castellano et Capitaneo Biecense, Burgrabio zuppense²³, qual è il primo consigliero de Sua Maestà, et è de prudentia, integrità specialmente dotato; pot' ogni cosa appresso Sua Maestà; ha sempre favorito li Ecclesiastici; et ogni volta con singolar destrezza et ingenio, come rarissima persona, ha mantenuto [389v] et fatto mantenir in questo [...] me far grandi favori et ogni cosa per l'amor de detta Sede²⁴. Questui [sic] ogni modo, per esser ben meritato, conveniva carezzare con scriverli tal volta et con altri tratenimenti. E' ancora il Sig. Pietro Kmitha, Palatino et Capitaneo Cracoviense, et alcuni altri Ecclesiastici et seculari, delli quali più largamente m'informarò per poterne dare buona relatione a V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria²⁵.

Delle cose d'Ungaria haverà più certi avisi V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria, benché se dubi[t]a de qualche male. Dio ci metta sua mano.

Qui è uno Ambasciadore de Grande Turco, però non persona de grand' autorità. E' venuto per discretio [sic], come si pensa, se non con 8 overo 9 cavalli, et ha proposto tre cause della sua venuta: l'una è che uno Capitaneo del Re di Polonia, chiamato Prittwtz, huomo de grande stima, ha havuto una differenza con uno wascha²⁶ Turcescho nelli confini de Podolia²⁷; la seconda è che alcuni Walachi sono venuti habitare le terre del Regno de Polonia per fugir la tyrannide Turcesche; la terza è che vuol saper et haverne caution se il Re de Polonia vole servar li patti et tregue tra il Grande Turco et lui. Va intratenendo a posta. Et come se vede, [390r] non è venuto per altro, se non per spionare quello che se fa in questo Regno. Il Re li fa far diligente guardia. Et

²² Ioannes Tarnowski (1488-1561), castellanus Cracoviensis ab a. 1536, supremus exercituum regni Poloniae capitaneus (hetman wielki koronny) ab a. 1527.

²³ Severinus Boner de Balice (1486-1549), capitaneus (ab a. 1520) et castellanus (a. 1536-1546) Biecensis, burgrabiis et zupparius Cracoviensis ab a. 1520, postea castellanus Sandecensis (a. 1546-1549).

²⁴ Hoc loco, quem neuter editorum legere potuit, Truchsess loquebatur verisimiliter de Iodoco Ludovico Decio (ca1485-1545), secretario regis, cui etiam, praeter supra nominata, breve pontificium fuit postea apparatum (v. infra, N. 9).

²⁵ Minutae brevium Pauli III ad omnes hic nominatos, 1 II 1543 datarum, inveniuntur in AV, Arm. 41, ms. 26 f. 95r-99v. In omnibus fit mentio relationis, quam Truchsess, post redditum suum, de eis fecit. Vide breve ad Sigismundum Augustum sub N. 11.

²⁶Bassa.

²⁷ Agitur fortassis de eadem controversia Bernardi Pretwicz (ca 1500-ca 1563, capitaneus Barenensis ab a. 1540) cum capitaneo (santsacbe, non bassa) Tehinensi, "qui Pretfficz et subditos Sacrae Maiestatis Regiae affecerat minis", quem imperator Solimanus II promisit a. 1540 eiicendum, "pontemque in litto Sacrae Regiae Maiestatis factum [cfr. Rorario, N. 15, annotationem 71] Sądzyakoni suffecto dirimendum et deiiciendum mandavit, interminatusque est ne Sądziak in littus regium aliquem ingredi permetteret" (relatio Thomae Sobocki, oratoris Poloni apud Solimanum, ed. Lanckorońska DARP VI, p. 70).

mai pot' uscire nessuno de casa sua, n' intrar, che ne^{d)} siano sempre aggionti huomini sufficienti, in maniera che non potrà tramar niente de malo.

Questo Regno teme forte, et se li nostri Tedeschi non fanno qualche frutto per questo anno, li hanno per certo l'impresa de Grande Turco contra di loro, perché volendo il Turco impatronirse dell'Allamaigna, non lassarà dietro tanta forte spala [sic], come è questo Regno; tanto de più che questo Regno non potrà durare tanto quanto l'Ungaria overo l'Allamaigna, per esser uno paese tutt'aperto et privo de fortezze, sito et muraglie.

Se trova ancora qui per adesso uno Ambasciatore delli Walachi, et pochi giorni fà è partito un'altro de Grande Tartaro. Similmente passati 25 giorni s'è partito de qui uno Ambasciatore de Moscoviti, qual haveva mille cavalli in ordine et più de doi cento de cariagi. Alli quali tutti il Re ha fatto le spese.

[390v] Certo, Monsignore, tante sono le grandezze de qua et tanta è la potenza de questo Re che merita esser grandissimamente reputato, come più a pieno a bocca a V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria referirò. In questo mezo largamente m'informarò de ogni cosa et d'ogni particularità, per poterne informare V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria. La quale prego, degna se havermi in sua buona gratia et essermi benigno patrono, che ho fermato nell'animo mio fidelmente et [.....] scrivere. Baso la mano a V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria. Datum in Cracovia, a dì 17 d'Ottobre 1542.

De V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria

perpetuo et umilissimo servitore
Truchsess, Barone in Waltpurg
propria manu subscrispsit

a) *Darowski legit: scaltri, Wierzbowski vero: scalti (?).* c-c) *Deest in copia a Darowski confecta.*
b) *Wierzbowski legit: 12 X (!).* d) *Wierzbowski legit: non*

N. 5.

Otto Truchsess
card. Alexandro Farnese

Cracoviae, 21 X 1542.

Nuntiat nova de obsidione Pesti a Turcis et de morte fratris sui, qui ibi occisus est. Mittit exemplar litterarum secretarii reginae Hungariae (Isabellae), in qua illa describit miserandum regni sui statum. Petit, ut sibi aliquod officium in futuro concilio vel apud summum pontificem reservet.

Autogr.: Parma, AS, Carte Farnesiane, Esterio, Polonia 119 f. 10r. In dorso in scriptio, sigillum et alia manu: "R[ispos]ta [ricevuta?] a 21 di Novembre".
- Ed.: Meysztowicz-Wyhowska I, p. 14-15.

Rev.mo et Ill.mo Monsignore etc.

Questi giorni passati ho scritto a V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria circa il negocio dell'intimatione Concilii²⁸, ma perché adesso sono sopragionte male nove d'Ungaria, non ho potuto de non darne quello aviso che s'ha qui in Cracovia, benché per lo privato danno mio non lo posso se non con grande dolore scrivere.

Prima l'assediar Pesthe non è stato fatto con tutti debiti modi et ordini. Quello che se ha conosciuto per effetto poi all'assaltar, sono stati così frode et cattivi deportamenti, che non se pol giudicar se non evidente ira de Dio. Et il giorno sequente è stato uno battimento crudelissimo, non senza perdita de christiano et del mio proprio sangue, come per la presente copia V.ra Rev.ma Signoria conoscerà²⁹. Et certo, se io ho perso uno charissimo fratello, V.ra Rev.ma Signoria ha perso uno affectionatissimo et raro servitore, qual, finita questa guerra, m'haveva promesso de venir con un basar la mano a V.ra Reverendissima et Ill.ma Signoria, et ogni volta che V.ra Rev.ma Signoria ha-vesse havuto bisogno de 5 overo 6 milia fanti, volere servire. Ma havendolo tolto Dio, il mio fratello più giovane et io, tanto quanto nostra vita durerà, lo suppliremo con vivi et veri effetti. De questo ne potrà far esperienza V.ra Rev.ma Signoria.

Mando poi una lettera a V.ra Rev.ma Signoria copiata, qual ha scritto uno secretario della Regina Isabella, vidua d'Ungaria, nella quale V.ra Rev.ma Signoria vederà tutt'il stato suo et molte altre cose degne de esser intese.

In questo mezo io me raccommando a [V.ra] Rev.ma et Ill.ma Signoria et ben la supplico se degni de recordarse de me, suo sviceratissimo servitore, et me reservi qualche grado o nel concilio, over in altri servitii de Sua Santità et V.ra Rev.ma Signoria. Et venendo qualche aviso de Allamaigna [sic] non me dismentici [sic]. Io me rimetto a la bona voluntà et gratia de V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria. Alla quale baso la mano. De Cracovia, alli 21 de Ottobre 1542.

Di V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria

humile servitore Torchses Barone

²⁸ Vide supra, N. 4.

²⁹ Desideratur. Obsidio Pesti, opera exercitus christiani peracta, duce Ioachimo, marchione Brandenburgensi, primis diebus Septembris 1542 copta, die 8 X eiusdem anni vertit in illius cladem, in qua cecidit etiam Iacobus Truchsess (1512-1542), frater Ottonis, dux stipatorum (v. relationes nuntii Vindobonensis, Hieronymi Verallo, datae Vindobonae a die 2 X usque ad 26 X 1542, Cardauns NBD I/7, p. 258-269).

N. 6.

**Responsum nomine regis Sigismundi I
Ottoni Truchsess datum**

Cracoviae, 6 XI 1542.

Rex gaudet de concilio a summo pontifice tandem convocato, ut praesertim novationibus in fide, quae undique radices agunt, obviam eatur; recordatur, quanto istam convocationem efflagitaverit; cum ipse ob valetudinem et pericula regno suo imminentia proficisci non possit, suos ad concilium mittere promittit.

Cop.coaevae: Warszawa, BN, BOZ, Theca Górska 23 f. 63r-64r (n. 2792).
 Kraków, BJ, ms. 6551 p. 398-402 (Stanislai Górska).
 Warszawa, AGAD, Sucha 22/32 p. 26-30 (Stanislai Górska).

Responsum a Rege Nuncio Apostolico
 sexta Novembris 1542³⁰

Quod Ss.mus Dominus Noster Concilium Oecumenicum, tanto studio ab omnibus efflagitatum, a se vero toties iam prorogatum, tandem aliquando convocare certo decrevit, gratius id est quam dici queat Sacrae Maiestati Regiae. Nichil enim aeque in vita sua atque diem illum videre concupivit, quo, congregato Concilio Oecumenico, valde fluctuantes in fide multorum animi confirmarentur, errores pravitatis, quibus imbutae sunt mentes hominum, radicitus evellerentur, atque ista opinionum tot dissidia tollerentur, quae animorum quoque tantum dissidium induxisse videntur, vix ut unquam fuerit, post hominum memoriam, in universo orbe Christiano par tumultus excitatus, vix unquam aeque sit odiis atque inimicitias inter eos, quos propter multa necessitudinis vincula esse coniunctissimos oportuit, certatum. Quid enim nobis aliud attulit haec religionis novacio? quos fructus alias eius videamus, quam eos, quos inter carnis opera recenset quidam: inimicitias, contentiones, aemulationes, iras, rixas, dissensiones, sectas, invidias, homicidia³¹. Huic debemus tantam Christiani sanguinis profusionem, dum se mutuis ipsi cedibus conficiunt, quos, fraternalae charitatis et Christianae professionis memores, vires suas integras ad commune incendium extinguendum conferre oportebat. Huic debemus, quod, cuius hostis olim nomen tantum audiebat Germania, eum in viscera nunc sua videt sevientem. Huic debemus clades,

³⁰ Auctorem huius responsi fuisse Stanislaum Hosium (1504-1579), secretarium regium ab a. 1538 (cancellariorum regni ab a. 1534), postea epum Culmensem (ab a. 1549) et deinde Varmensem (ab a. 1551) et SRE cardinalem (ab a. 1561), ex ipso scribendi modo patet.

³¹ Galat. 5, 27.

quas tulit innumeras populus Christianus, quodque nulli adhuc conatus contra Crucis hostes satis nobis feliciter ceciderunt. Denique quicquid per hos omnes annos accepit detrimenti Respublica Christiana, quotquot calamitates pertulit, quae et plures et maiores fuerunt, quam ut ulla satis oracione possint explicari, non alii ferre debemus acceptum, quam novae huius doctrinae, quae longe diverso sensu, quam a Christo dictum est, non pacem, sed gladium se mittere gloriatur³². Neque vero malorum quidquam evenit, quod non multo ante quam accidisset eventurum praeviderit Sacra Maiestas Regia, quae pro ea prudentia et rerum usu, quem vel aetatis grandioris beneficio non mediocrem est consecuta, facile prospiciebat hanc religionis novacionem novas Reipublicae Christianae calamitates allatarum. Solet enim religionis mutationem Regnorum quoque et rerum publicarum consequi mutatio, cum non aliunde, quam ex religione conservata Regna pendeant, qua eversa, ipsa eciam Regna diu durare non possunt.

[63v] Quae cum animo secum voluntaret Sacra Maiestas Regia, neque aliud videret remedium, quo periclitanti Reipublicae Christianae succurri possit, quam si Concilium Oecumenicum convocaretur, pro virili sua contendit et elaboravit, ut et ediceretur per Ss.mum Dominum Nostrum, et postquam edictum semel fuit, haberi tandem aliquando inciperet. Testis est eius rei Senatus Regni huius universus, quo cum frequenter, maioribus eciam in Comiciis, de concilio Sacra Maiestas Regia tractavit. Testes sunt Ser.mi et excellentissimi fratres, arctissimis propinquitatis vinculis Maiestati Regiae coniunctissimi: Regia Romanorum et Imperatoria Maiestates³³, quarum utranque et litteris et nunciis sollicitavit Sacra Maiestas Regia ac diligenter cohortata est, ut authoritatem suam interponerent, quo semota quavis cunctatione concilium haberetur. Testis est locupletissimus etiam Ss.mus Dominus Noster, cui tanquam indubitate Christi in terris Vicario, Maiestas Regia supplicavit, aliquot ea de re Nunciis missis, ut memor officii sui pastoralis, venientibus malis obviam iret ac primo quoque tempore Concilium Oecumenicum congregaret.

Quod itaque tantopere semper expetivit Sacra Maiestas Regia, id certo deliberatum esse Ss.mum Dominum Nostrum vehemente laetatur, neque aliud illi potuit accidere nuncius optacior, modo ut prorogacionum istarum finis aliquando fiat et quod promittitur concilium haberi serio tandem incipiat. Nisi enim mature subventum sit aegrae ac prope depositae Reipublicae Christianae, abesse vix poterit quin grandi aliquo mactetur infortunio, firmiores enim in dies radices agunt ista mala, quae pacem et tranquillitatem Ecclesiae perturbant, ut ea tanto sit postea futurum difficilius extirpare, quanto plus ei re morae fuerit allatum. Quae lues intra Germaniae modo fines antea se continebat, ea serpit semper lacius, neque civitates modo et oppida, verum et Regna iam tota occupat. Angliae, Scotiae, Daniae,

³² Cfr. Matth. 10, 34 et Luc. 12, 51.

³³ Ferdinandus et Carolus Habsburg.

Sweciae [sic] Regna omni iam ex parte labe ista sunt infecta, a qua ne ipsa quidem prorsus est immunis Hungaria, quae quod priscam illam fidem atque religionem firmiter retinebat, hostilem vim atque impetum feliciter satius propulsabat, nunc haec et opinionum et animorum tanta dissensio quorsum florens olim Regnum perduxerit, quis est qui sine^{a)} lachrimis commemo- rare queat?

Circumseptum est undequaque Regnum hoc Poloniae^{b)}, partim Christi crucis hostibus, partim his, qui ex nobis quidem prodierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum; in quo et ipso etsi circuit diabolus tanquam leo rugiens, querens quem devoret³⁴, facit tamen sanctitas et religio Sacrae Maiestatis^{c)} Regiae, facit cura illius et vigilancia, ut irriti cadant conatus eorum, qui suum nostris hominibus virus afflare conantur. Sed et Ser.mus filius Maiestatis eius Regiae^{d)35}, qui non corporis magis, quam animi lineamentis religiosissimum parentem refert, et sacra eius vestigia persecui semper nititur, eo est animi robore, ea in prisca illa fide et religione constancia, omnia ut prius et facere et pati sit paratus, quam ut vel minimum a paterna religione deflectat. Sibi enim illa verba dicta putat: O Thimothee, depositum custodi, devitans prophanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scienciae, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt³⁶. His itaque duobus ad Regni huius gubernacula sedentibus et clavum, quod aiunt, rectum tenentibus, modo ut adsit gratia quoque et misericordia Domini Nostri Iesu Christi, fore spes est, ut et Cathedram et fidem, Apostolico ore laudatam, Regnum hoc nunquam deserat. Verum in fide semper sit et potestate Sanctae Sedis Apostolicae atque ei Petrae perpetuo innitatur, adversus quam non praevalituras portas inferi Christus pollicetur³⁷. Sed cum cinctum sit ex omni parte Regnum hoc, partim iis, qui prorsus a fide Christiana sunt alieni, partim iis, qui transferri^{e)} se passi sunt ab eo, qui eos vocavit in graciam Christi, in aliud Evangelium, tam esse id necessarium putavit, quam quod maxime Sacra Regia Maiestas, ut a Ss.mo Domino Nostro concilium istud nulla mora interposita congregaretur.

Quod ita decrevisse Sanctitatem eius gaudet; quodque tot sit laboratum prorogacionibus, quandoquidem nullam eius rei culpam penes Ss.mum Dominum Nostrum residere videt, in optimam partem accipit; ac factura esset lubens, quod postulat Sanctitas eius, ut ad concilium hoc ipsa proficisceretur, si aut per affectam et aetatem et valetudinem licuisset, aut hoc tam periculo tempore a Regno eam longius abesse fas esset. Nunc, cum ipsa venire non possit, mittet viros graves et prudentes, qui loco Maiestatis eius concilio intersint atque una cum aliis consultacionem habeant de iis, quae ad

³⁴ 1 Pet. 5, 8.

³⁵ Sigismundus Augustus.

³⁶ 1 Tim. 6, 20-21.

³⁷ Cfr. Matth. 16, 18.

tranquillandos [64v] motus istos in Republica Christiana excitatos pertinebunt.

Quod superest, Deum precatur, ut is ad gloriam nominis sui sanctissimas Ss.mi Domini Nostri cogitationes secundet, pacem et tranquillitatem Ecclesiae suae restituat, atque ab ea genus omne periculorum clementer propulset.

- a) *Adscriptum supra, pro expuncto: sijne*
- b) *Adscriptum supra.*
- c) *Sequitur expunctum: Vestrae*

- d) *Adscriptum in margine.*
- e) *Additum in margine pro expuncto in textu: litteras ferri*

N. 7.

**Petrus Gamrat, aepus Gnesnensis
Paulo III, pontifici maximo**

Cracoviae, 7 XI 1542.

Nuntiat Ottонem Truchsess sibi peropportune, hoc est in ingressu itineris ad Synodum nostram provincialem, litteras intimationis concilii generalis redditisse, de quibus ego, secundum mandatum Sanctitatis V.rae, cum caeteris fratribus meis Episcopis et universo ordine Abbatum et Sacerdotum in illa ipsa synodo communicavi. Ostendit se paratum esse in persona Tridentum proficiisci, si per valetudinem licebit, sin minus, alios viros doctos et prudentes ablegare, sicut ipse nuntius fusius expositurus sit.

Or.: AV, Lett. Principi, ms. 9 f. 176r. In f. 181v inscriptio et sigillum.

- Ed.: Theiner VMPL II, p. 541-542.

- Ed.: Ehses CT IV, p. 279-280.

N. 8.

**Otto Truchsess
card. Alejandro Farnese**

Vindobonae, 25 XI 1542.

Notum facit se post 25 dies habuisse tandem responsionem regis in materia concilii, die 6 XI in publica audientia datam, cuius exemplar mittit. Recenset, quid regi dixerit de annata, quam solvendam Romae non esse comitia anni

praecedentis statuerunt. Notificat suum die 8 XI Cracovia discessum et describit difficultates itineris per Moraviam.

Autogr.: olim Napoli, AS, Carte Farnesiane, fasc. 725, n. 7 (destructum).
- Ed.: Wierzbowski U II, p. 10-11.

Rev.mo et Ill.mo Monsignore etc.

Come a dì 17 d'Ottobre ho scritto a V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria il successo della mia rivata [sic] in Polonia et della tardanza della risposta del Re³⁸, così sono stato intertenuto 25 giorni, benché ogni tre over quattro giorni con grandissima instanza habbia sollicitata mia spedizione. Et Sua Maestà non m'ha voluto spedir, allegando la breve tornata dell'Arcivescovo. Et secondo il solito de questo Regno ha mandato per la Maior et Minor Polonia recercar il consiglio de tutti suoi consiglieri, quali sono stati tardi.

Pur con gratia di Dio alli 6 di questo presente fui chiamato de [sic] Sua Maestà et dapoi benigne et corteze [sic] accoglienze, secondo l'usanza, liberamente donato. Et in presenza del Re giovane et li principali Signori del Regno me feci dar questa risposta, che qui inclusa mando a V.ra Rev.ma et Ill.-ma Signoria³⁹. Io de parte de Nostro Signore ringratiai Sua Maestà, eshortandola che non mancasse del bono suo proposito. Qual cosa promesse. Poi m'accostai a Sua Maestà et, secondo il ricordo datomi da Mons. Datario⁴⁰ dell'Ecclesiastici, dissi a Sua Maestà qualmente Nostro Signore haveva inteso che nell'ultima Dieta fatta in Cracovia alcuni Signori havessero tentato di persuader a questo Regno che retenessero l'annate per subsidio contra loro inimici et de non lassar proceder l'appellatione a Roma in causis beneficiorum etc.⁴¹, ma che Sua Santità era certa che Sua Maestà, per sua solita osservanza verso la Sede Apostolioca et la religione Christiana, non patirebbe per niente che tale novità nascessero nel suo Regno, havendo inanzi l'occhi tanti esempi qualmente ogni minima mutatione de obedientia genera ancora mutatione de stati; et che per questo Sua Santità non eshortava altramente, se non che Sua Maestà volesse mantenirse per l'avenire come per lo passato et a questi tali imponer silentio. Similmente sopragionsi che nella natione di Germania io posso testimoniar, benché sia grandissima natione et habbia infiniti Vescovati [l'annate si pagano]; pur che l'annate sono assai minore che

³⁸ Vide supra, N. 3.

³⁹ Hic Wierzbowski asserit nullam se huic epistulae annexam invenisse eiusmodi responsum.

⁴⁰ Vincentius Durante († 1570), epus Termularum (ab a. 1536) et datarius pontificius a. 1536-1545.

⁴¹ Hanc informationem habuit Paulus III ab ipso rege, qui diminutione annatae per oratorem suum Romae, Ioannem Ocieski, a. 1540 non obtenta, scribebat illi Vilna 25 III 1541 se timere, ne in comitiis nobiles de his rebus conquererentur (reg. Warszawa, AGAD, Lib. Legat. 9 f. 112r-v). In comitiis Cracoviensibus, celebratis a die 19 I usque ad 19 III 1540, nihil tamen de ea re statutum est (cfr. *Volumina legum* I, p. 272-277).

le spese che Sua Santità ha fatto et fa di continuo in mantenir soldati et mandar denari al Re de Romani contra li Turci, similmente che Sua Santità fa grandissima spesa ogni anno nelli porti d'Italia contro detto inimico.

Sopra questo me fece rispondere Sua Maestà ch'il era stato assente della ultima Dieta fatta⁴², et che non se maravigliava che tal novità s'havesse tentato; dapoi che in presentia sua molti in tutte le Diete renovano tal cose, ma che Sua Maestà, si come fin adesso non lor haveva dato orechia, così ancora per avenir Sua Maestà in questo et altro se porteria come Christiano Re et Principe Cattolico. All'ultimo se offersi con ogni humilità et reverenza, et m'ha commesso de parte sua et del suo figliolo bassar il pede a Nostro Signore. Similmente feci la Regina.

A dì 8 del medesimo, dapoi disnare, mi parteti [sic] de Cracovia, et per mala mia sorte trovai tanta trista la strada, così grandi fanghi in la Mora-via, che con li impedimenti non ho potuto prima del 21 rivare in Vienna. [*sequitur relatio de rebus, quas Vindobonae egit*]. De Vienna, a dì 25 de Novembre 1542.

De V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria

perpetuo et umilissimo servitore
Truchsess, Barone in Walpurg
propria manu subscrispsit

N. 9.

**Memoriale Ottonis Truchsess
card. Marcello Cervini datum**

[Romae, mense Ianuario 1543].

Enumerat illos, qui - praeter utrumque regem (seniorem et iuniorem) et reginam - maiore auctoritate in Polonia utuntur, quibus brevia mittenda sunt, ut in defensione religionis catholicae confirmentur.

Cop.: BV, Vat.Lat. 12127 f. 483r (manu Angeli Massarelli, secretarii Concilii Tridentini).

Memorale datum ab Ill.mo Ottone, Barone in Trukzes,
redeunte nuncio e Polonia et Germania, Rev.mo Sanctae Crucis⁴³,
pro brevibus mittendis

In Germania etc. [editum ab Ehses CT IV, p. CXL-CXLI].

⁴² Tempore comitiorum Petricoviensium a. 1542 rex degebat Vilnae, cfr. Gąsiorowski, p. 267.

⁴³ Marcello Cervini, card. tit. Sanctae Crucis in Ierusalem.

In Polonia ex re Ss.mi Domini Nostri esse putarem non solum Regem seniorem, sed et iuniorem atque Reginam crebris litteris visere. Nec non, cum Regnum Politicum sit, primates Regni frequentibus exhortationibus in officio continere, quemadmodum Archiepiscopum Gnesnensem^{a)44} et Episcopum Plocensem, Vicecancellarium Regni⁴⁵, inter ecclesiasticos; Dominos Ioannem Comitem de Tarnow, Castellanum Cracoviensem ac Regni Capitaneum generalem, Petrum de Knitta⁴⁶, Palatinum ac^{b)} Capitaneum Cracoviensem, Marsalcum Regni, inter saeculares, qui maioris post Regem sunt auctoritatis, atque si viderint se a Ss.mo Domino Nostro aestimari, ad illius observantiam propensiores fient.

Supersunt etiam duo, et ingenio et auctoritate praestantes viri: Severinus Bonerus, Castellanus et Capitaneus Biecensis, magnus procurator Regis^{c)}, et Jostus Ludovicus Decius, Secretarius Regis, qui plurimum et apud reges et apud Regni proceres valent, atque uterque de Sede Apostolica bene mereri student⁴⁷.

In Moravia plurimum prodesse censerem vere probum et integrum virum Ioannem, Epum Olomucensem⁴⁸, litteris cohortari, ut in coepio suo erga Sedem Apostolicam studio constanter permaneat atque sedulo curet Bohemos, quantum potest, ad veram Religionem reducere, eaque in re consilia sua Ss.-mo Domino Nostro libere communicare, et Suam Sanctitatem officii^{d)} atque laborum suorum non immemorem fore.

Haec volui, prout Rev.ma Dominatio V.ra commisit, paucissimis agere, atque me illi humiliter commendare.

^{a)} Adscriptum in margine, pro expuncto in
textu: Genen

^{b)} Adscriptum supra, pro expuncto: et

^{c)} Sequitur expunctum: qui plurimum et
apud Regem

^{d)} Additum in margine.

N. 10.

Paulus III, pontifex maximus
Sigismundo Augusto, Poloniae regi iuniori

Romae, 1 II 1543.

Laudat eius virtutes, paternis similes, de quibus abunde ipsi Otto Truchsess rettulit, hortaturque, ut in illis exercendis persistat.

⁴⁴ Petrum Gamrat.

⁴⁵ Samuelem Maciejowski.

⁴⁶ Kmita.

⁴⁷ De his omnibus vide supra, N. 4. Minutae brevium ad eos, vigore huius memorialis die 1 II 1543 confecti, inveniuntur in AV, Arm. 41, ms. 26f. 95r-99v.

⁴⁸ Ioannes Dubravsky († 1553), epus Olomucensis ab a. 1541. Minuta brevis ad eum, etiam die 1 II 1543 dati, invenitur ibidem, f. 97r.

Min. secunda: AV, Arm. 41, ms. 26 f. 95r-v.

Min. prima: ibidem f. 99v (alio modo redacta, brevior, penitus expuncta).

Sigismundo Augusto iuniori^{a)} Poloniae Regi Illustri

Charissime. Magna afficimur laetitia quottidie audientes Serenitatem tuam patris sui praestantissimi^{b)} ac pientissimi Regis cum virtutes ceteras, tum praecipue pietatem imitari et una^{a)} cum illo fidem catholicam, quamvis alibi graviter^{a)} concussam^{c)}, tamen in vestro Regno integrum et illaesam studiose^{a)} conservasse et conservare. Id enim cum antea saepius ex multis, tum^{d)} nuper ex dilecto filio Ottone Truchses barone, Camerario et Nuntio nostro, istinc reverso, plenius et certius intelleximus. Qui sane in laudes tuae Serenitatis effusus, a qua etiam se honorifice et benigne susceptum testatus est, gaudium nostrum de tuae Serenitatis fama et gloria (^e-renovans cumulavit^e). Merito enim, (^a-fili charissime^a), gaudemus, Sanctaque Ecclesia et Christiana Respublica universaliter gaudere potest, Ser.mum tuum genitorrem, saeculorum vita dignum Principem^{a)}, in Serenitate tua, non solum corporis (^a-et nominis^a) similitudine, sed etiam^{a)} animi ac virtutum imagine propagari. Nec tu minus laetari potes ex hac paternae gloriae et^{f)} pietatis quam ex amplissimi Regni successione. Hoc^{g)} enim terrenum^{h)}, illa celestia sunt^{a)} ac perpetuo mansura. Tuam igitur Serenitatem dignis in Domino laudibus commendantes et ad perseverandum (^a-in coepita pietate^a) hortantes, Deo Omnipotenti gratias pro ho[c] munere agimus, cuius clementiaⁱ⁾ celeste regnum talibus a se repromissum largietur in coelis. ^{j)}-Datum Romae, prima Februarii 1543, Anno 9.

Blos[ius]^{j)}

^{a)} *Adscriptum supra.*

^{b)} *Sequitur expunctum: Regis*

^{c)} *Sequitur expunctum: et labefactatam*

^{d)} *Adscriptum supra, pro correcto et deinde expuncto: nostris et aliis, tum praecipue*

^{e)} *Correctum ex: renovavit*

^{f)} *Sequitur expunctum: virtu...*

^{g)} *Adscriptum supra, pro expuncto: Id*

^{h)} *Sequitur expunctum: est*

ⁱ⁾ *Sequitur longa sententia praecedentibus similis, correcta et deinde expuncta.*

^{j-i)} *Manu Blosii.*

N. 11.

Paulus III, pontifex maximus
Sigismundo I, regi Poloniae

Romae, 18 II 1543

Gratias agit pro responso per Ottонem Truchsess sibi dato. Confirmat voluntatem concilii celebrandi, cuius causa Bononiam ire decrevit, ut cum imperatore et rege Galliae de eorum concordia tractaret. Petit, ut oratores suos et praelatos regni sui ad concilium mittat.

Min.: AV, Arm. 41, ms. 26 f. 163r-v.
 - Ed.: Ehses CT IV, p. 312.

Regi Poloniae

Carissime. Magnam cepimus animo laetitiam ex responso Tuae Maiestatis, quod dilectus filius Otto Truchses, Baro, Camerarius et Nuntius noster, ad nos attulit, in quo commemoratis detrimentis et cladibus, quae miserae Christianitati ex hac novatione dissensioneque religionis acciderunt et impendent, valde te gavism scribis, quod ad illorum remedium Oecumenicum Concilium omnino celebrare, nec ulterius prorogare decreverimus⁴⁹. Quod ipsum denuo ^(a)Serenitati Tuae^{-a)} confirmamus per praesentes. Stat enim animo nostro fixum non ferre ulterius alienam culpam, quae hactenus immerito in nos collata, non iam verbis, sed rebus diluenda est. Cumque id nostra ipsi voluntate atque officio libenter faciemus, tum aliquanto etiam libentius et alacrius, quod id tam probatum et gratum Tuae Serenitati fore perspicimus, cuius si omnes^{b)} Reges similes haberemus, certe non laboraremus.

Itaque dabitur a nobis opera, concedente Domino, ut sicut tua Serenitas ex ipso Ottone causas prorogationum et impedimenta celebrationis ipsius Concilii intellexit, ita propediem audiat nos Roma exisse Bononiamque profectos esse, ^(c)tum ut experiamur denuo, an tentato iterum cum Caesare et Rege Francorum colloquio, cui rei iam pridem insistimus, aliquid ad concordiam proficere possimus^{c)}, tum ut ex loco propinquiore ipsum Concilium foveamus^{d)}. Huius enim ^(e)inter illos concordiae^{-e)} si nos Deus reddere compotes dignaretur, tum enimvero, sicut Tua Serenitas facile perspicere potest, et ipsius Concilii frequentioris celebrandi et cunctorum aliorum Christianitati salutarium ratio multo expeditior ac facilior futura^{a)} esset. Sed et si hac quoque spe frustrati fuerimus, non tamen ideo a constantia propositi nostri desistemus, quin cum his Praelatis, qui ad Concilium venerint, rem prosequamur. Proptereaque nunc, iterata iussione, omnes ubique Praelatos ad conveniendum urgemus et tuos maxime expectamus.

Quamobrem Serenitatem Tuam, magis ex consuetudine quam quod hortatione egeat tua pietas, hortamur, velit curare, ut una cum tuis Oratoribus, quos te missurum pie promisisti, etiam ipsi Praelati tui Regni quam prius ad Concilium veniant. Nos enim Tuae Serenitati, quamvis maximum ex sua praesentia ornamentum ac dignitatem ipsi^{a)} Concilio allatura esset, [163v] tamen ob aetatem et Regni tui rationes onus personaliter veniendi non solum remittimus, sed etiam gratias pro eius humanitate agimus, De-

⁴⁹ Nulla exstat, quantum conici potest, epistula a rege ad pontificem de hac re scripta. Agi videtur potius de responso regis Ottoni Truchsess dato (v. supra, N. 6), quod, scripto mandatum, nuntio porrectum est summo pontifici praesentandum.

umque oramus, ut te talem Principem, tuumque Ser.mum filium, tibi animo et corpore simillimum, qua laudatione maior ei tribui non potest, nobis diutissime sospitet ac conservet. Te enim et illo in columbus, tuum quoque Regnum in colume in sancta religione et cultu Dei omnipotentis fore non dubitamus. ^f-Datum Romae apud Sanctum Petrum, die 18 Februarii 1543, anno 9.

Blos[ius]^f

a-a) *Adscriptum supra.*

b) *Suprascriptum pro expuncto:* multos

c-c) *Adscriptum in margine.*

d) *Sequitur expunctum:* tum ut infelices conatus nostros suadendae inter Caesarem et Francorum Regem pacis toties tentatos, si qua possimus, et colloquii facultas nobis non denegetur, repetamus.

Ratio mutationis huius ordinis, sub litteris c-c et d adnotatae, invenitur scripta

in margine manu card. Marcelli Cervini:

Prima ratio profectionis Bononiensis debet assignari pro colloquio habendo, secunda pro rebus concilii, ne videretur pontificem quasi ad concilium velle proficisci et postea substituisse Bononiae. *Et subtus manu correctoris:* Ista verba, manu Cardinalis posita, non scribantur.

e-e) *Adscriptum supra, pro expuncto:* voti

f-f) *Manu Blosii.*